Liber celebris monasterii van Nonenbossche
Ad usum sacerdotum in hebdomada sancta
Cote : Ms 14
Manuscrit provenant de l'abbaye de Tamié

Liber cele bris monaſ terij van Nõ nenboſſche. Ad vſū ſacerdotū in hebdomada ſancta



Quid vltra debui facere tibi et non fe ci e go quip-
pe plantaui te vineam meam ſpeci oſiſſimam et tu
facta es mihi nimis amara aceto namq; mixto cū
fel le ſitim meam potaſti et lancea perforaſti latus
ſaluatori tuo. Ecce lig num cru cis in quo
Super omnia ligna cedrorum crux ſola excelſi or in
qua vita mundi pependit in qua Chriſtus trium-
phauit et mors mortem ſuperauit.

Dominica in ramis palmarū.

Dominus vobiſcum. Paſſio dn̄i noſtri Jeſu Chriſti
ſecundum Matthæum.

In illo tempore: Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Scitis quia
poſt biduum paſcha fiet et
filius hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc congrega
ti ſunt principes ſacerdotum et ſeniores populi in atriū
principis ſacerdotū qui dicebatur Caiphas: et conſilium


fecerunt vt Jeſum dolo tenerent et occiderent. dicebant
autem. Non in die feſto. Ne forte tumultus fieret in po-
pulo. Cum autem eſſet Jeſus in bethania in domo ſymonis
leproſi. acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrū vnguenti
prætioſi et effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Viden-
tes autem diſcipuli: indignati ſunt dicentes. Ut quid
perditio hæc? Potuit enim iſtud venundari multo: et
dari pauperibus. Sciens autem Jeſus: ait illis. Quid mo-


leſti eſtis huic mulieri? Opus bonū operata eſt in
me. Nam ſemper pauperes habetis vobiſcū: me autem
non ſemper habebitis. Mittens enim hæc vnguentū hoc
in corpus meum: ad ſepeliendū me fecit. Amen dico vo-
bis: vbicūq; prædicatū fuerit hoc euangeliū in toto
mundo dicetur et quod hæc fecit in memoriam eius. Tunc
abijt vnus de duodecim qui dicitur Iſcariotes ad principes
ſacerdotū: et ait illis. Quid vultis mihi dare et ego vo-

bis cum tradam. At illi conſtituerunt ei triginta argē
teos. Et exinde quærebat oportunitatem: vt eum tra
deret. Prima autē die azimorum: acceſſerunt diſcipuli
ad Jeſū dicentes. Ubi vis paremꝰ tibi comedere paſcha?
Et Jeſꝰ dixit. Ite in ciuitatē ad quemdam, et dicite ei.
Magiſter dicit. Tempus meum prope eſt: apud te facio paſ
cha cum diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit
illis Jeſꝰ: et parauerunt paſcha. Veſpere autem facto:

diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis. Et edentibus illis
dixit. Amen dico vobis: quia vnꝰ veſtrū me traditurus eſt.
Et contriſtati valde: cœperunt ſinguli dicere. Nunquid ego
ſum Domine? At ipſe reſpondens: ait. Qui intingit mecū
manū in parapſide: hic me tradet. Filius quidem hominis
vadit: ſicut ſcriptū eſt de illo. Ue autē homini illi: per
quē filius hominis tradetur. Bonū erat ei: ſi natꝰ non
fuiſſet homo ille. Reſpondens autem Judas qui tradidit eū.

Dixit. Nunquid ego ſum Rabbi? Ait illi. Tu dixiſti.
Cœnantibus autem eis: accepit Jeſ⁹ panem et bene-
dixit ac fregit. deditq; diſcipulis ſuis et ait. Accipite: et
comedite. hoc eſt corp⁹ meū. Et accipiens calicē: gra
tias egit et dedit eis dicens. Bibite ex hoc om̄es.
hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti: qui pro
multis effundetur in remiſſionē peccatorū. Dico autē
vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis vſq;

in diem illum. Cum illud bibam vobiſcū nouū in regno
patris mei. Et hymno dicto: exierunt in montē oliueti.
Tunc dixit illis Jeſ⁹. Omnes vos ſcandalū patiemi-
ni in me: in iſta nocte. Scriptū eſt enim. Percutiam
paſtorem: et diſpergentur oues gregis. Poſtquā autem
reſurrexero: præcedā vos in Galilaā. Reſpondens autē
Petrus: ait illi. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te ego
nunquā ſcandalizabor. Ait illi Jeſus. Amen dico tibi

quia in hac nocte antequam gallus cantet ter me nega-
bis. Ait illi Petrꝰ. Etiamſi oportuerit me mori tecū non
te negabo. Similiter et omnes diſcipuli dixerunt. Tunc ve-
nit Jeſꝰ cum illis in villā quæ dicitur Gethſemani: et dix-
it diſcipulis ſuis. Sedete hic: donec vadā illuc et orem.
Et aſſumpto Petro et duobꝰ filijs Zebedæi: cœpit con-
triſtari et mœſtus eſſe. Tunc ait illis. Triſtis eſt ani-
ma mea: vſqꝫ ad mortē. Suſtinete hic: et vigilate mecum.

Et progreſſꝰ puſillū: procidit in faciem ſuā orans et
dicens: Mi Pater ſi poſſibile eſt: tranſeat a me calix iſte.
Verūtamen non ſicut ego volo: ſed ſicut tu. Et venit ad
diſcipulos ſuos: et inuenit eos dormientes. Et dicit Petro
Sic: Non potuiſtis vna hora vigilare mecū? Vigilate et
orate: vt non intretis in tentationē. Spiritꝰ quidem
promptꝰ eſt: caro autē infirma. Iterū ſecundo abijt: et
orauit dicens. Pater mi: ſi non poteſt hic calix tranſire ni-

ſi bibā illū: fiat voluntas tua. Et venit iterū: et inue
nit eos dormientes. Erant enim oculi eorū grauati. Et
relictis illis: iterū abijt et orauit tertio eundē ſermonem
dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos: et dicit illis. Dor
mite iam: et requieſcite. Ecce appropinquabit hora: et fi
lius hominis tradetur in manus peccatorū. Surgite ea
mus. Ecce appropinquabit qui me tradet. Adhuc ipſo
loquente: ecce Iudas vnꝰ de duodecim venit. et cū eo tur

ba multa cū gladijs et fuſtibꝰ miſſi a principibꝰ ſacerdo
tum et ſenioribꝰ populi. Qui autem tradidit eū: dedit
illis ſignū dicens. quēcūqꝫ oſculatꝰ fuero ipſe eſt: tenete
eū. Et confeſtim accedens ad Ieſū: dixit. Aue rabbi.
Et oſculatꝰ eſt eū. Dixitqꝫ illi Ieſꝰ. Amice: ad quid ve
niſti? Tunc acceſſerunt et manꝰ iniecerunt in Ieſū: et
tenuerunt eū. Et ecce vnꝰ ex hijs qui erant cum Ieſu
extendens manū exemit gladiū ſuū: et percutiens ſeruū

principis ſacerdotū amputauit auriculā ei⁹. Tunc ait illi
Ieſ⁹. Conuerte gladiū tuū in locū ſuū. Omnes enim qui
acceperint gladiū: gladio peribunt. An putas quia non poſ
ſum rogare Patrē meū. et exhibebit mihi modo pluſquā duo
decim legiones Angelorū. Quomodo ergo implebuntur
ſcripturæ quia oportet ſic fieri. In illa hora: dixit Ieſus
turbis. Tanquā ad latronē exiſtis cum gladijs et fuſtib⁹
comprehendere me. Cotidie apud vos ſedebam docens

in templo. et non me tenuiſtis. hoc autē totū factū eſt: vt ad
implerentur ſcripturæ prophetarū. Tunc diſcipuli omnes re
licto eo fugerunt. At illi tenentes Ieſū, duxerunt ad Cai
pham principem ſacerdotū: vbi ſcribæ et ſeniores conuenerant.
Petr⁹ autē ſequebatur eū a longe: vſq; in atriū principis
ſacerdotū. Et ingreſſ⁹ intro: ſedebat cum miniſtris vt vide
ret finem. Principes autem ſacerdotū et omne conciliū quæ
rebant falſū teſtimoniū contra Ieſū: vt eū morti traderent.

Et non inuenerunt: cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. No
uiſſime autem venerunt duo falſi teſtes: et dixerunt. Hic
dixit. poſſū deſtruere templū Dei: et poſt triduū reedifi
care illud. Et ſurgens princeps ſacerdotū: ait illi: Nihil
reſpondes ad ea que iſti aduerſū te teſtificantur? Ieſ⁹
autē tacebat. Et princeps ſacerdotū ait illi. Adiuro te
per Deū viuū: vt dicas nobis. ſi tu es Chriſt⁹ fili⁹ Dei.
Dicit illi Ieſ⁹. Tu dixiſti. Verūtamen dico vobis: amodo

videbitis filiū hominis ſedentē a dextris virtutis Dei. et
venientē in nubib⁹ celi. Tunc princeps ſacerdotū ſcidit
veſtimenta ſua dicens. Blaſphemauit. Quid adhuc egem⁹
teſtib⁹? Ecce nunc audiſtis blaſphemiā. Quid vobis vi
detur? At illi reſpondentes dixerunt. Reus eſt mortis.
Tunc expuerunt in faciē ei⁹: et colaphis eū ceciderunt.
Alii autē palmas in faciē ei dederunt dicentes. Prophetiza
nobis Chriſte. Quis eſt qui te percuſſit? Petr⁹ vero ſedebat

foris in atrio. Et acceſſit ad eū una ancilla dicens. Et
tu cū Jeſu galilæo eras. At ille negauit corā omnibus
dicens: Neſcio quid dicis. Exeunte autē illo ianuā: vidit eū
alia ancilla et ait his qui erant ibi. Et hic erat cum Jeſu
nazareno. Et iterū negauit cū iuramento: quia non noui
hominē. Et poſt puſillū: acceſſerunt qui ſtabant et dixerūt
petro. Vere et tu ex illis es: nam et loquela tua manifeſ
tū te facit. Tunc cœpit deteſtari et iurare: quia non nouit

ſet hominē. Et continuo gallꝰ cantauit. Et recordatꝰ eſt
Petrꝰ verbi Jeſu quod dixerat priuſquā gallꝰ cantet: ter me
negabis: et egreſſꝰ foras fleuit amare. Mane autē facto:
conſiliū inierunt ~~omnes~~ omnes principes ſacerdotū et ſeni
ores populi aduerſꝰ Jeſū: ut eū morti traderent. Et vinc
tū adduxerunt eū: et tradiderunt Pontio Pilato præſidi.
Tunc videns Judas qui eū tradidit quod damnatꝰ eſſet:
pœnitentia ductꝰ retulit triginta argenteos principibus

ſacerdotū et ſenioꝛib⁹ dicens. Peccaui: tradens ſanguinem iuſ
tum. At illi dixerunt. Quid ad nos? Tu videris. Et pꝛoiec
tis argenteis in templo: receſſit. et abiens laqueo ſe ſuſpen
dit. Pꝛincipes autē ſacerdotū acceptis argenteis: dixerunt.
Non licet mittere eos in coꝛbanan: quia pꝛeciū ſanguinis
eſt. Conſilio autē inito: emerunt ex illis agrū figuli in ſe
pulturā peregrinoꝛū: Pꝛopter hoc vocat⁹ eſt ager ille acheldē
mac. Hoc eſt ager ſanguinis: vſq; in hodiernū diē. Tunc

impletū eſt: quod dictū eſt per Jeremiā pꝛophetā dicē
tem. Et acceperunt triginta argenteos pꝛeciū appꝛeci
ati quē appꝛeciauerunt a filijs Iſrael: et dederunt eos
in agrū figuli. ſicut conſtituit mihi domin⁹. Jeſ⁹ autē ſtetit
ante pꝛeſidē. Et interrogauit eū pꝛeſes dicens. Tu es rex
iudeoꝛū? Dicit ei Jeſ⁹. Tu dicis. Et cū accuſaretur a pꝛin
cipib⁹ ſacerdotū et ſenioꝛib⁹: nihil reſpondit. Tunc dicit illi
Pilat⁹: Non audis quanta aduerſū te dicūt teſtimonia?

Et non reſpondit ei ad vllū verbū: ita vt miraretur præſes
vehementer. Per diem autem ſolemnē conſueuerat præſes
dimittere populo vnū vinctū quē voluiſſent. Habebat au
tem tunc vnū vinctū inſignem: qui dicebatur barrabas.
Congregatis ergo illis: dixit Pilatꝰ. Quem vultis di
mittā vobis, barrabam, an Jeſum qui dicitur Chriſtꝰ?
Sciebat enim quod per inuidiā tradidiſſent eū. Seden
te autem illo pro tribunali: miſit ad eū vxor eius dicens.

Nihil tibi, et iuſto illi. Multa enim paſſa ſum hodie
per viſū: propter eū. Principes autē ſacerdotū et ſenio
res perſuaſerūt populis vt peterent barrabā, Jeſū vero
perderent. Reſpondens autem præſes: ait illis. Quē vultis
vobis de duobꝰ dimitti? At illi dixerunt, barrabam. Di
cit illis pilatꝰ. Quid igitur faciā de Jeſu qui dicitur
Chriſtꝰ? Dicunt omnes, Crucifigatur. Ait illis præſes.
Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant

dicentes. Crucifigatur. Videns autē pilatꝰ quia nihil
proficeret. ſed magis tumultꝰ fieret: accepta aqua la
uit manꝰ corā populo dicens. Innocens ego ſum a
ſanguine iuſti huiꝰ: vos videritis. Et reſpondens vni
verſꝰ populꝰ dixit. Sanguis eiꝰ ſuper nos: et ſuper fi
lios noſtros. Tunc dimiſit illis barraban: Ieſū autē
flagellatū. tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc mili
tes præſidis ſuſcipientes Ieſū in prætorio: congregaue

runt ad eū vniuerſā cohortem. Et exuētes eū: clami
dem coccineā circūdederunt ei. Et plectentes coronā
de ſpinis poſuerunt ſuper caput eiꝰ: et arundinē in dex
tera eiꝰ. Et genu flexo ante eū: illudebant illi dicētes
Aue rex iudæorū. Et expuentes in eū: acceperunt arun
dinem. et percutiebant caput eius. Et poſtquā illuſerūt
ei exuerunt clamide. et induerunt eū veſtimentis eiꝰ. et
duxerunt eū vt crucifigerent. Exeuntes autē inuene


runt hominē cireneū nomine ſimonem. Hunc angariaue
runt. vt tolleret crucē eiꝰ: Et venerunt in locū qui dicitur
golgata: quod eſt caluarie locꝰ. Et dederunt ei vinum
bibere: cū felle mixtū. Et cum guſtaſſet: noluit bibere.
Poſtquā autē crucifixerunt eum diuiſerunt veſtimen
ta eiꝰ. ſortē mittentes. vt impleretur quod dictū eſt
per prophetā dicentē. diuiſerunt ſibi veſtimenta mea:
et ſuper veſtem meā miſerunt ſortem. Et ſedentes:

ſeruabant eū. Et impoſuerunt ſuper caput eiꝰ cauſam
ipſiꝰ ſcriptā: hic eſt Jeſꝰ rex iudeorū. Tunc
crucifixi ſunt cū eo duo latrones: vnꝰ a dextris et
vnꝰ a ſiniſtris. Pretereuntes autē blaſfemabant eū:
mouentes capita ſua et dicentes. Vah. qui deſtruis
templū dei: et in triduo illud reedificat. Salua te
metipſum. Si filiꝰ dei es: deſcende de cruce: Similiter
et principes ſacerdotū illudentes. cum ſcribis et ſeni

oꝛib⁹: dicebant. Alios ſaluos fecit: ſeipſū non poteſt ſaluū face
re? Si rex Iſrael eſt: deſcendat nunc de cruce et credim⁹ ei.
Confidit in Deo: liberet nunc eū ſi vult. Dixit enim: quia
filius Dei ſum. Idipſum autē et latrones qui crucifixi
erant cū eo: impꝛoperabant ei. A ſexta autē hoꝛa tenebræ
factæ ſunt ſuper vniuerſā terrā. vſq; in hoꝛam nonā. Et
circa hoꝛā nonā: clamauit Ieſ⁹ voce magna dicens. Hely: he
ly: lamazabactani. Hoc eſt. De⁹ me⁹: De⁹ me⁹: vt quid dereli-

quiſti me? Quidā autē illic ſtantes et audientes: dicebant.
Heliā vocat iſte. Et continuo currens vn⁹ ex eis acceptam ſpon
giam impleuit aceto: et impoſuit arundini et dabat ei bibere. Cæ
teri vero dicebant. Sine videam⁹ an veniat helias liberans
eū. Ieſ⁹ autē iterū clamans voce magna emiſit ſpiritū. + hic pauſat aliquantulum
Et ecce velū templi ſciſſū eſt in duas partes: a ſūmo vſque
deoꝛſū. Et terra mota eſt: et petræ ſciſſæ ſunt et monumen-
ta aperta ſunt: et multa coꝛpoꝛa ſanctoꝛū qui doꝛmierant

ſurrexerunt. Et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionē
eiꝰ venerunt in ſanctā ciuitatem: et apparuerunt multis.
Centurio autē et qui cum eo erant cuſtodientes Jeſū viſo
terræ motu, et his quæ fiebant: timuerunt valde dicentes.
iſte
Vere filiꝰ Dei erat. Erant autē ibi mulieres multæ a longe:
quæ ſecutæ erant Jeſū a Galilæa miniſtrantes ei. Inter
quas erat Maria magdalene et Maria Jacobi, et Joſeph
mater: et mater filiorū Zebedæi. Cū ſero autē factū eſſet:

venit quidā homo diues ab Arimathæa nomine Joſeph.
qui et ipſe diſcipulꝰ erat Jeſu. Hic acceſſit ad Pilatū: et
petijt corpꝰ Jeſu. Tunc Pilatꝰ: iuſſit reddi corpꝰ. Et accep
to corpore Joſeph inuoluit illud in ſindone munda: Et
poſuit illud in monumento ſuo nouo quod exciderat in pe
tra. Et aduoluit ſaxū magnū ad oſtiū monumenti: et
abijt. Erant autē ibi Maria magdalene et altera Ma
ria: ſedentes contra ſepulchrū. Altera autē die quæ eſt

poſt paraſceuen: conuenerunt principes ſacerdotū et phari-

ſæi ad pilatū. dicentes. Domine recordati ſum⁹ quia ſeduc-

tor ille dixit adhuc viuens: poſt tres dies reſurgā. Iube ergo

cuſtodiri ſepulchrū uſqꝫ in diē tertiū: ne forte veniant diſ-

cipuli ei⁹. et furentur eū. et dicant plebi ſurrexit a mortuis.

Et erit nouiſſim⁹ error: peior priore. Ait illis pilat⁹. Habe-

tis cuſtodiā. Ite: cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autē abeun-

tes munierunt ſepulchrū: ſignantes lapidem cū cuſto dib⁹.

In Paraſceue Dñi: Non dicitur, Dñs vobiſcum, Nec Gloria tibi Domine.

Paſſio dñi noſtri Ieſu Chriſti:

ſecundū Ioannē. In illo tempore

Egreſſ⁹ eſt Ieſ⁹ cū diſcipulis ſuis

trans torrentē cedron. ubi erat hort⁹: in quem introiuit ipſe

et diſcipuli ei⁹. Sciebat autem et Iudas qui tradebat eū

locū: quia frequenter Ieſ⁹ conuenerat illuc cū diſcipulis

ſuis. Iudas ergo cū accepiſſet cohortem et a pontifici

bus et phariſæis miniſtros: venit illuc cum laternis et
facibꝰ et armis. Jeſꝰ itaq; ſciens omnia quæ ventura erāt
ſuper eum: proceſſit et dicit eis. Quē quæritis? Reſpōderūt ei.
Jeſū nazarenū. dicit eis Jeſꝰ. Ego ſum. Stabat autem et
Judas qui tradebat eū cum ipſis. Ut ergo dixit eis ego
ſum: abierunt retrorſum. et ceciderunt in terrā. Iterum
ergo eos interrogavit: Quem quæritis? Illi autē dixe-
runt. Jeſum nazarenū. Reſpondit Jeſꝰ. Dixi vobis:


quia ego ſum. Si ergo me quæritis: ſinite hos abire. Ut
impleretur ſermo quē dixit: quia quos dediſti mihi. non
perdidi ex ipſis quēquā. Simon ergo Petrꝰ habens gladiū
eduxit eū: et percuſſit pontificis ſervum. et abſcidit eiꝰ
auriculā dexterā. Erat autē nomen ſervo malchꝰ. Dixit
ergo Jeſꝰ petro. Mitte gladiū in vaginā. Calicē quem
dedit mihi Pater non bibā illū? Cohors ergo et tribunꝰ
et miniſtri iudæorū comprehenderunt Jeſum: et ligaverūt


eum et adduxerunt eum ad Annā primū. Erat enim ſocer
Caiphe: qui erat pontifex anni illi⁹. Erat autē Caiphas
qui conſiliū dederat iudeis: quia expedit vnū hominem
mori pro populo. Sequebatur autē illū Simon Petr⁹: et ali⁹
diſcipul⁹. Diſcipul⁹ autē ille erat not⁹ pontifici: et introiuit
cum Ieſu in atriū pontificis. Petr⁹ autē ſtabat ad oſtiū
foris. Exiuit autē diſcipul⁹ ali⁹ qui erat not⁹ pontifici: et
dixit oſtiarie et introduxit Petrū. Dicit ergo Petro an-

cilla oſtiaria. Nunquid et tu ex diſci pulis es hominis
iſti⁹? Dicit ille. Non ſum. Stabant autē ſerui et miniſtri
ad prunas quia frig⁹ erat: et calefaciebant ſe. Erat autē
et Petr⁹ cum eis ſtans: et calefaciens ſe. Pontifex ergo in-
terrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis: et de doctrina ei⁹. Reſpō
dit ei Ieſ⁹. Ego palā locut⁹ ſum mundo. Ego ſemper do
cui in ſinagoga et in templo quo omnes iudei conueniunt
Et in occulto locut⁹ ſum nihil. Quid me interrogas?

Interroga eos qui audierunt: quid locutꝰ ſim ipſis. Ecce
hi ſciunt: quæ dixerim ego. Hæc autē cum dixiſſet: vnꝰ
aſſiſtens miniſtroꝝ. dedit alapā Jeſu dicens. Sic reſpō
des pontifici? Reſpondit ei Jeſꝰ. Si male locutꝰ ſum:
teſtimoniū perhibe de malo. Si autē bene: quid me cædis?
Et miſit eū Annas ligatū ad Caypham pontificē. Erat autē
ſimon petrꝰ ſtans et calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei: Nū
quid et tu ex diſcipulis eiꝰ es? Negauit ille et dixit: Non ſū.

dicit vnꝰ ex ſeruis pontificis: cognatꝰ eiꝰ cui abſciderat petrꝰ
auriculā. Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterū ergo
negauit petrꝰ: et ſtatim gallꝰ cantauit. Adducunt ergo Jeſū
a Caypha in prætoriū. Erat autē mane. Et ipſi non introie
runt in prætoriū, vt non contaminarentur: ſed vt mandu
carent paſcha. Exiuit ergo pilatꝰ ad eos foras: et dixit.
Quā accuſationē affertis aduerſꝰ hominē hunc? Reſponderunt
et dixerunt ei. Si non eſſet hic malefactor: non tibi tradidiſ

ſem⁹ eū. Dixit ergo eis Pilat⁹: Accipite eum vos: et ſecun-
dū legem veſtrā iudicate eū. Dixerunt ergo ei Judæi: No-
bis non licet interficere quēquā. Ut ſermo Jeſu implere-
tur quem dixit: ſignificans qua morte eſſet moritur⁹. In-
troivit ergo iterū in prætoriū Pilat⁹: et vocavit Jeſū et
dixit ei: Tu es rex iudæorū? Et reſpondit Jeſ⁹: A temet-
ipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Reſpondit
Pilat⁹: Nūquid ego Judæ⁹ ſum? Gens tua et pontifices:

tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Reſpondit Jeſ⁹: Regnū meū non eſt
de hoc mūdo. Si ex hoc mundo eſſet regnū meū: miniſtri mei
utiq; decertarent ut non traderer Judæis. Nunc autē regnū
meū non eſt hinc. Reſpondit itaq; ei Pilat⁹: Ergo rex es tu?
Reſpondit Jeſ⁹: Tu dicis: quia rex ſū ego. Ego in hoc nat⁹ ſum. et ad
hoc veni in mundū: ut teſtimoniū perhibeā veritati.
Omnis qui eſt ex veritate: audit meā vocem. Dicit
m⁹ ei Pilat⁹: Quid eſt veritas? Et cū hoc dixiſſet:

iterū exiuit ad Iudeos et dicit eis. Ego nullā inuenio in eo
cauſā. Eſt autē cōſuetudo: vt vnū dimittā vobis in paſcha.
Uultis ergo dimittā vobis regē Iudeorū? Clamauerunt rur
ſum omnes dicentes. Non hunc: ſed barraban. Erat autē barra
bas latro. Tunc ergo apprehendit Pilat' Ieſum et flagellauit.
Et milites plectentes coronā de ſpinis. impoſuerūt capiti ei':
et veſte purpurea circūdederunt eū. Et veniebant ad eū: et
dicebant. Aue rex Iudeorū. Et dabant ei alapas. Exijt

iterū Pilat' foras: et dicit eis. Ecce adduco eū vobis foras:
vt cognoſcatis quia in eo nullā cauſā inuenio. Exijt ergo
Ieſ' portans ſpineā coronā: et purpureū veſtimentum. Et
dicit eis. Ecce homo. Cū ergo vidiſſent eū pontifices et mi
niſtri: clamabant dicentes. Crucifige crucifige eū. Dicit
eis Pilat'. Accipite eū vos: et crucifigite. Ego enim non
inuenio in eo cauſā. Reſponderūt ei Iudei. Nos legē habe
m' et ſecundū legē debet mori: quia filiū Dei ſe facit. Cum

Cum ergo audiſſet Pilat⁹ hunc ſermonē: magis timuit.

Et ingreſſ⁹ eſt pretoriū iterū: et dixit ad Jeſū. Unde es tu?

Jeſus autē reſponſū non dedit ei. Dicit ergo ei Pilat⁹.

Mihi non loqueris? Neſcis quia poteſtatē habeo cruci-

figere te. et poteſtatē habeo dimittere te? Reſpondit Je-

ſus: Non haberes poteſtatē aduerſū me vllā: niſi tibi

datū eſſet deſuper: Propterea qui tradidit me tibi: ma-

ius peccatū habet. Et exinde quærebat Pilat⁹ dimit-

tere eū. Judæi autē clamabant dicentes. Si hunc dimittis:

non es amic⁹ Cæſaris. Omnis qui ſe regē facit: contra-

dicit Cæſari. Pilat⁹ vero cum audiſſet hos ſermones: adduxit

Jeſū foras et ſedit pro tribunali. in loco qui dicitur lithoſtro-

tos. hebraice autē gabatha. Erat autē paraſceue paſchæ: hora

quaſi ſexta. Et dicit Judæis. Ecce rex veſter. Illi autē clama-

bant. Tolle tolle: crucifige eū. Dicit eis Pilat⁹. Regē veſtrū

crucifigā? Reſponderunt pontifices. Non habem⁹ regē niſi cæ-

ſarē. Tunc ergo tradidit eis illū: vt crucifigeretur. Suſceperūt
autē Jeſū: et eduxerunt. Et baiulans ſibi crucē: exiuit in eū
qui dicitur caluariæ locū. hebraice golgotha. vbi eū crucifixe
runt. Et cum eo alios duos hinc et hinc: mediū autē Jeſū. Scrip
ſit autē et titulū Pilatꝰ: et poſuit ſuper crucē. Erat autē ſcriptū:
Jeſꝰ nazarenꝰ rex Judæorū. Hunc ergo titulū multi legerunt
Judæorū: quia prope ciuitatē erat locꝰ vbi crucifixꝰ eſt Jeſꝰ. Erat
autē ſcriptū: hebraice, græce, et latine. Dicebant ergo Pilato pō

tifices Judæorū. Noli ſcribere rex Judæorū: ſed quia ipſe dixit
rex ſum Judæorū. Reſpondit Pilatꝰ. Quod ſcripſi ſcripſi. Mi
lites ergo cum crucifixiſſent eū: acceperunt veſtimenta eiꝰ et
fecerunt quatuor partes. vnicuiqꝫ militi partē. Et tunicam.
erat autē tunica inconſutilis: deſuper contexta per totum.
dixerunt ergo adinuicē. Non ſcindamꝰ eā: ſed ſortiamur de
illa cuiꝰ ſit. Vt ſcriptura impleretur dicens. Partiti ſunt veſ
timenta mea ſibi: et in veſtē meā miſerunt ſortē. Et milites

quidem hec fecerunt. Stabant autē iuxta crucē Jeſu mater eiꝰ
et ſoror matris eiꝰ Maria Cleophe: et Maria Magdalene.
Cum vidiſſet ergo Jeſꝰ matrē et diſcipulū quem diligebat: dicit
matri ſue: Mulier: ecce filiꝰ tuꝰ. Deinde dicit diſcipulo.
Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eā diſcipulꝰ in
ſuā: Poſtea ſciens Jeſꝰ quia iam omnia conſūmata ſūt:
vt conſūmaretur ſcriptura dicit Sitio. Vas ergo poſitū
erat aceto plenū. Illi autem ſpongiā plenā aceto yſſo

po circūponentes: obtulerunt ori eiꝰ. Cum ergo accepiſ-
ſet Jeſꝰ acetū: dixit. Conſūmatū eſt. Et inclinato capite:
tradidit ſpiritū. + Judei ergo quoniam paraſceue erat. vt hic pauſat
non remanerent in cruce corpora ſabbato: erat autē magnꝰ
dies ille ſabbati: rogauerunt Pilatū vt frangerentur eorū
crura et tollerentur. Venerunt ergo milites et primi
quidē fregerunt crura. et alteriꝰ qui crucifixꝰ erat
cum eo. Ad Jeſū autē cum veniſſent: vt viderunt eū

iam mortuū non fregerunt eiꝰ crura ſed vnꝰ militum
lancea latꝰ eiꝰ aperuit, et continuo exiuit ſanguis et aqua. Et
qui vidit teſtimoniū perhibuit et verū eſt teſtimonium eius.
Et ille ſcit quia vera dicit: vt et vos credatis. Facta ſunt
enim hec: vt ſcriptura impleretur. Os non cōminuetis ex
eo. Et iterū alia ſcriptura dicit. Videbunt in quē tranſ
In tono Euang. fixerunt. Poſt hec autē rogauit Pilatū Joſeph ab Arimathia
eo quod eſſet diſcipulꝰ Jeſu. occultꝰ autē propter metū Judæ

orū: vt tolleret corpꝰ Jeſu. Et permiſit Pilatꝰ. Venit er
go: et tulit corpꝰ Jeſu. Venit autē et Nicodemꝰ qui vene
rat ad Jeſū nocte primū: ferens mixturā myrrhe et aloes
quaſi libras centū. Acceperunt ergo corpꝰ Jeſu et ligaue
runt illud linteis cum aromatibꝰ ſicut mos Judæis eſt
ſepelire. Erat autē in loco vbi crucifixꝰ eſt hortꝰ. Et in hor
to monumentū nouū, in quo nondū quiſquā poſitꝰ fuerat. Ibi
ergo propter paraſceuen Judæorū, quia iuxta erat monu

mētū: poſuerunt Jeſum.

Benedictio cerei paſchalis

Petitur benedictio et incenſatur liber

Exultet iam angelica tur-
ba cælorū. exultent diui-
na myſteria. et pro tanti
regis victoria tuba in-
ſonet ſalutaris. Gaudeat et tellꝰ tantis irradiata
fulgoribꝰ. et æterni regis ſplendore luſtrata: totiꝰ orbis
ſe ſentiat amiſiſſe caliginem. Lætetur et mater Eccleſia

tanti luminis adornata fulgoribꝰ et magnis populorū voci-
bus hæc aula reſultet. Quapropter adſtantibꝰ vobis fra-
tres cariſſimi ad tam mirā ſancti huius luminis clari-
tatem. vna mecū quæſo Dei omnipotentis miſericordi-
am inuocate: vt qui me non meis meritis intra leuitarum
numerū dignatꝰ eſt aggregare: luminis ſui gratiam infun-
dens. cerei huiꝰ laudē implere perficiat: per Dnm noſtrum
Jeſum Chriſtū filiū ſuū: qui cum eo viuit et regnat in

vnitate ſpiritꝰ ſcti Deꝰ. Per omnia ſæcula ſæculorum.

Amen. Dominꝰ vobiſcū. Et cū ſpū tuo. Surſū corda.

Habemꝰ ad Dnm. Gratias agamꝰ Dño Deo nro. Dignū

et iuſtū eſt. Vere quia dignū et iuſtū eſt: inuiſibilem

Deū ōnipotentē Patrē. Filiūq; eiꝰ vnigenitū Dnm

nrum Jeſū Chriſtū. toto cordis ac mentis affectu. et vocis

miniſterio perſonare. Qui pro nobis æterno Patri Adæ

debitū ſoluit et veteris piaculi cautionē pio cruore deterſit.

Hæc ſunt enim feſta paſchalia: in quibꝰ verꝰ ille agnꝰ oc

fidelium

ciditur. cuiuſq; ſanguine poſtes conſecrantur. In quo primū

patres noſtros filios Iſrael eductos de Ægypto rubrū mare

ſicco veſtigio tranſire feciſti. Hæc igitur nox eſt: quæ peccato

rū tenebras. colūnæ illuminatione purgauit. Hæc nox eſt quæ

hodie per vniuerſum mundū in Chrm credentes. a vitijs

ſegregatos et caligine peccatorū. reddit gratiæ. ſociat ſctitati.

Hæc nox eſt: in qua deſtructis vinculis mortis. Chrus ab

inferis victor aſcendit. Nihil enim nobis naſci profuit niſi

redimi profuiſſet. O mira circa nos tuæ pietatis dignatio.

o inæſtimabilis dilectio charitatis: vt ſeruū redimeres fili

um tradidiſti. O certe neceſſariū Adæ peccatū: quod Chri

morte deletū eſt. O felix culpa quæ talem ac tantū me

ruit habere redēptorē. O beata nox: quæ ſola meruit ſci

re tempꝰ et horā in qua Chr̄s ab inferis reſurrexit. Hæc

nox eſt de qua ſcriptū eſt: et nox vt dies illuminabitur: et

nox illuminatio mea in delicijs meis. Huiꝰ igitur ſancti

ficatio noctis fugat ſcelera: culpas lauat: et reddit in

nocentiā lapſis et mœſtis lætitiā. Fugat odia: concordiā

Hic immittitur incenſū a cantore 1 4 2 5 3

parat: et curuat imperia. In huiꝰ igitur noctis

gratia, ſuſcipe ſancte Pater incenſi huiꝰ ſacrificiū veſper

tinū: quod tibi in hac cerei oblatione ſolemni: per mi

niſtrorū manꝰ de operibꝰ apum ſacroſancta reddit Ec

cleſia. Sed iam columnæ huiꝰ præconia nouimꝰ: quā

Hic accendi-
tur cereus
in honorem Dei rutilans ignis accendit. a Diacono

Qui licet diuiſ⁹ in partes: mutuati (tamen) luminis detrimēta
non nouit. Alitur enim liquantib⁹ ceris: quas in ſubſtan-
tiā precioſe hui⁹ lampadis apis mater eduxit. O ve-

hic accend lampas

re beata nox: que expoliauit egyptios: ditauit hebre-
os. Nox in qua terrenis celeſtia: humanis diuina iū-
guntur. Oram⁹ te domine ut cere⁹ iſte in honorē no-
minis tui conſecrat⁹. ad noctis hui⁹ caliginē deſtruen-

dam indeficiens perſeueret. et in odorē ſuauitatis accep-
tus ſupernis luminarib⁹ miſceatur. Flāmas ei⁹: lucifer
matutin⁹ inueniat. Ille inquā lucifer: qui neſcit occaſū. Ille
qui regreſſ⁹ ab inferis humano generi ſeren⁹ illuxit. Pre-
camur ergo te Dn̄e ut nos famulos tuos omnē clerū et
deuotiſſimū populū. vna cū beatiſſimo papa noſtro. et
antiſtite noſtro. quiete tēporū conceſſa. in his paſ-
chalib⁹ gaudiis conſeruare digneris. Per Dn̄m nr̄um

Jeſum Chriſtū filiū tuū: qui tecū vivit et regnat in

vnitate Spiritꝰ ſctī Deꝰ: per ōnia ſecula ſeculorū amē.



metū: poſuerunt Zelum.

Exultet iam angelica t

ba cælorū. exultent di

na myſteria. et pro ta

regis victoria tuba in